



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XXXIX. Templi Sanctitas Pietatem commouet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

tatis reliquit hæredem, qui in ciuilibus rebus iustitiæ cultor, in fide hæreticus iconoclasta ditissimè imaginum cultores exagitauit, cuius facinoris in obitu pœnitens, lacram imaginem exosculatus Sæctorum precibus misericordiam consequitur. Baron. an. 842. Horum vestigiis inhæserunt Paulitiani, Felix Vrgelitanus, Claudius Taurinensis, Bogomeli, Petrobrusianus, Valdensis, Almaricus, VVicleffistæ, Carolstadius, quos insignitè perfidos sectati sunt, vt indicauimus, Caluinistæ, qui vtinam infelicissimos eorum exitus pertimescant, quorum vias persequuntur, & potius Catholicos emulentur, qui rectiore gradiuntur via, dum Spiritum S. in Conciliis loquètem audiunt & sectantur: nam pro S. imaginibus retinendis & colendis in Oriente celebrata est 7. Synodus Oecumenica, & in 8. Synodo can. 3. illius de crera renouantur & confirmantur. In Occidente celebratū est Concilium Romanum sub Gregorio III ad quod confluxerē mille Episcopi 903. à quibus damnata est hæresis Iconomachorum sub ipsis controuersiæ initijs: de quo Siegebertus in Chronico anni 733. Accessit & Concil. Tridentin. sess. 25.

C A P V T X X X I X.
T E M P L I S A N C T I T A S P I E T A-
rem commouet.

§ I P s v m denique templum, quia Deo dedicatum, sanctum, honorabile, & cælesti virtute præditum est, in eo commorantibus religionem affert. S. Ioann. Chrysost. hom. 66 ad popul. Antioch. de templo loquens Apostolorum. Simul, inquit, ac pavimenta calcaueris, ad cælum mentem locus transmiserit, & ad supremum Regem, & illum Angelorum exercitum, & sublimem thronum, & inaccessibilem gloriam. Res enim omnis Deo dicata sancta est ex

G ipius

Res Deo ob- ipsius sententia Dei .Leuit.27.v.9. Animal quod immola-
lata & con- ripotest Domino, si quis voverit sanctum erit. Et v.28. Quic-
secrata ex- quid semel fuerit consecratum sanctum sanctorum erit Do-
ternae sancti mino.

tatis parti- §. Templa vero & altaria rectè Domino Deo con-
ceps. secrantur, sicut Jacob Patriarcha ad sacrificandum e-
aedes & a- rexit in titulum lapidem , cumq; desuper fundendo
re benè ac oleum consecrauit, & inde locum nominavit Bethel,
iure Deo de- id est, domum Dei .Genes.28.Rursus cap.35.diuino mo-
dicantur.

nitu erectum in altare lapidem iungendo consecrauit , & li-
bauit super eum libamina. Moyses etiam Exod.40. & Num.
7.sacro oleo alijsq; cæremonijs Tabernaculum, alta-
re , & omnia eius vas a consecrauit. Salomone tem-
plum sanctificante Deus illud pariter sanctificauit, vt
Deus sancti ipse Deus testatur. 3.Reg.9.v.3. Exaudiu, ait, orationem
ficat tem- tuam, & sanctifica ui domum hanc quam edificasti. Sanè E-
plum. piscopi preces , & Ecclesiæ in templorum consecra-
tione non minus efficaces sunt, quam Salomonis. O-
ratione & mnis creatura Dei bona est,inquit Apostolus 1.Tim.4.v.4. &
verbo Dei nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. sa-
res sanctifi- dificantur. dificantur enim per verbum Dei & orationem. Si cibi ad cor-
poris necessitatem sumendi à vulgaribus hominibus,
Dei verbo & oratione sanctificantur , quanto magis
templa, ad Dei honorem & cultum exædificata, per
sacras personas publicis precibus & benedictionibus
consecrantur ?

Rerum sa- §. Quod si sacrarum rerum locus sanctus est, vnde
cerarum lo- Angelus ait Moysi Exod.3.v.5. Solue calceamentum depe-
cussacer est. dibus tuis, locus enim, in quo stas terra sancta est. Quæ eadem
verba apparens Josuæ angelus dixit cap.5.v.15. quid ni
sanctum sit templum, in quo res sanctissimæ conser-
uantur? ynde S. Aug.l.4.cont.Crescon.Gram.c.40.Felician.
Deo omnipotenti consecratos parietes Ecclesiam venerandam,
quasi quadam obfessione credidit retinendam. Quis, inquit S.
Bern.ser.4.in dedic. Eccles, parietes eius sanctos dicere vereatur,
quos

quos manus sacrae Pontificum tatis sanctificauere mysteriis? Sanctitas
§. Sane Seruator noster eam agnoscit in templo in- templi & a-
esse sanctitatem, quam & cum alijs rebus cōmunicet. Iis impertit
Matt. 23. v. 16. V. & vobis, ait, duces cœci, qui dicitis: quicunq; iu- sanctitatē.
rauerit per templum nihil est; qui autem iurauerit in auro tē-
pli, debet: Stulti & cœci, quid n. maius est aurum, ant templum,
q. sanctificat aurum? Etsi lapides absolute inferiores sint Quia ratio-
auro, vult tamen Christus lapideum templū propter ne templum
relationem ad Deum, cui cōsecratum est, longe præ- sanctificer.
stantius & sanctius esse auro, cui impertit sanctitatem.

§. Sapientissimus ille Rex & religiosissimus Daud. S. David
tabernaculum templumq; Domini sanctitatis exor- crebro tem-
nat titulo. Psal. 5. v. 4. Ego autem in multitudine misericor- pli sanctita-
die tuae, introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctū tem- predi-
tuum in timore tuo. Psal. 27. v. 11. Exaudi Domine vocem ora- cat, vt & a-
tionis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad tēplum lui Vates.
sanctum tuum. Et Psal. 45. v. 5. Sanctificauit tabernaculum
suum altissimum. Ps. 64. v. 4. 5. Beatus quem elegisti & assum-
psisti, inhababit in atrio tuis. Replebitur in bonis domus tuae,
sanctum est templum tuum, mirabile in aequitate (ex Hebræo
vertitur terribile in iustitia, id est, admirationem &
terrorem incutiens) Psal. 78. v. 1. Polluerunt templum san-
ctum tuum. Psal. 137. v. 2. In conspectu angelorum psallam ti-
bi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini
tuo. Idem est videre in alijs Prophetis. Iona 2. v. quinto.
rursus videbo templum sanctum tuum. Micheæl. v. 2.
Dominus de tēplo sancto suo. 2. Haba. 2. v. 20. Domi-
nus in templo sancto suo. 2. Machab. c. 9. v. 16. tem-
plum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, opti-
mis donis ornaturum, &c.

§. Sanctum est templum Dñi. Quid ergo: Sancta Dei
sanctos exigit aula viros. Domum tuā, ait regius Vates Ps.
92. v. 7 decet sanctitudo Domine in longitudine dierū, q. d. cō-
uenit Dñe & dignum est, vt oēs domum tuam semper
vt sanctam venerentur & in honore habeant. Decorū

& æquum est Domine, vt qui in sancta domo tua versantur & ipsi sancti, purisint & integri. Demum conueniens est, vt à te tua domus sancta & inviolata conferuetur, vt portæ inferorum nunquam præualeant aduersus eam.

§ Malè itaque affirmat Caluinus lib. tertio institut. c. 20 . §. 30. nō putandum ullam in templo inesse sanctitatem.

Diuina vl-
zio in tem-
plorum vio-
latores.

§. Hanc templorum sanctitatem, qui vel neglexerunt, vel contemperunt, aut violarunt, impunè non abierunt: vt Balthasar rex, Daniel, 5. sacris abutens valsis regno spoliatur & vita. Heliodorus, 2. Machab. 3. Templi thesauros deprædaturus dirissimè ab angelis cæditur. Antiochus, 4. Mach. 9. à vermis consumptus est. Nicanor, 2. Mach. 15. cum templo excidium ministratus esset ignominiosè in bello occisus est. Et Alcimus, 1. Machab. 9. v. 54. & 55. præcipiens destrui muros domus sancte interioris, paralyssi & tormento magno mortuus est. Quæstor Apostatæ Juliani & auunculus apud S. Chrys. hom. 4. in Matt. sub principe, inquit, Julianus, qui omnes impietate superauit, Iudaï templum Ierosolymis redificare cupientibus, de fundamentis ignis exiliens, a cœpta illos adificatione deterruit. Et cum idem prophanus sacra Deo vase temerando ebrietatem sue mentis ostendit, quæstor regalis orarii permedium repente diruptus est. Tunc etiam eiusdem regis auunculus, nominis quoque illi communione coniunctus vermis exesus interiit. Gundericus rex Vandalorum capta Hispaniæ, cum impie elatus manus in Ecclesiam ipsius ciuitatis extendisset, mox Dei iudicio à dæmonे correptus, interiit. Sigebertus in Chronico Anno 429. Saraceni templum S. Iacobi Apostoli diruentes dysenterie morbo pereunt. Ioannes Vaseus in Chron. Hispan. An. 963. Milites Caiani templum sepulchrumque S. Martyris Alexandrini incenderunt: quos repentina pestilentia suscitavit. Niceph. lib. 8. hist. cap. 28. Leo Constantini Copronymi filius, qui ablata insigni corona ad tem-

pli

pli ornatum à Mauricio Imperatore donata ignitos carbunculos ſenſit in capite, & ardentissima febri extinctus eſt. Auctores ſunt Cedrenus & Zonaras. Vide S. Greg. lib. 1. dial. cap. 4. ſub finem de Longobardis. Et initio cap. 9. de matrona laſciuiore lib. 3. c. 29 de Ariano Epifcopo.

CAPUT XL.

SATIVS ET RELIGIOSIVS IN AEDE
ſacra, quam profana domo Deuſ
colitur.

§. SANCTVS Auguſtinus libro de Vnitate Eccleſie cap. 19. Rectiſſime affirmat: plus valere petentis affectum, quam petitionis locum. Et tract. 10. in Ioannem. Mundat antum cubiculum cordis. Vbi fueris, vbi cuq; oraueris, intus eſt, qui ex audit. Verum malint Eccleſiaſti in templo, quam Deus magis domi, vel quoquis alio in loco diuina peragere officia: in templo quia ibi ſe magis exorabilem, propitium, benignum placabilis. affuturum pollicitus eſt Deus, 2. Paral. 7. v. 15. Conue Decentius nientius eſt ſubditum in principis palatio, quam do eſt ut ſubdi mi ſuꝝ, de arduis negotiis traçtare. Huniades Hun tus diuertat garorum Rex ad ſe ſumme ægrum, non eſt paſſus Eu ad regiam, chariſtiam deferri. Indignum eſt, inquit, potenter Regem, quā rex ad vi ſui vextigalis ac ſtipendiarii domum ſubeat, ſed ſe ad tem priuatam plum deportari voluit, & ibi reuerenter communicauit. Ae domum. neas Sylvius teſtis in hiſtoria de Europa. Decentius ergo & Per Christi in templo, quam domi precari: 2. Reg. 24. v. 18. Luc. 1. v. etiam corpo 43. Luca 7. v. 6. Ioan. 14. v. 13 & 16. v. 23. re praesentis

§. 2. Quia ibi & corporaliter praesens eſt Christus merita po Dominus, in cuius nomine quod petitur, prolixè ac fulat in plena manu largitur Deus.

§. 3. Quia inibi potiſſimum nobis cum compreca Sancti vna tur caeleſtes ſpiritus, & Dei beneficia nobis impetrant nobiscū in sancti homines, ſuas quaſi exuuias inuidentes. Apoſal. templis Deo 8. v. 3. 4. Orig. lib. 8. contra Celsum. ſupplicant.

§. 4. Quia ibi plurima ſunt pietatis inuitamenta. In templo

G 3

§ 5. Quia plura & ma